á furtu bona, á periculo libertatem, á ferro capita relinquerunt, ¿Statuæ honore carebunt? Nullum est inter nos hujus diei, eorumque virorum monumentum, nullum gratificationis testimonium, ¿Et Hispanorum libertatis fundamenta obliviscantur? ¿Postque Jano clauso, hujus nulla belli memoria erit? ¿Nemo Hispaniæ filius, qui suæ Matris honores quærere nequeat? In animis tantum nostris illa sunt, quæ talia meruerunt; sed tempus, qui ea viderunt, delebit; si vero mauseolum erectum fuisset, diutius Ducum ac Matritensium memoria asservaretur. Tunc virtutum exemplum ante oculos apparens, morum corruptionem forsitan á nobis procul ejectam fuisse. Et qui talia suis opibus, quod aliud, nisi justisimum Patriæ Benefactoris nomen meriturum, fecisset? Sic enim, cunctæ et de ultimis finibus terræ gentes omnia Matriti, quæ in hac á me oratione atincta, quám cœtera nostra facta, majora confiteri audebunt. Quia si Matriti incolæ illa in die memoriá dignissima arma non sumpsissent; nulla á pessima captivitate liberandi fiducia habita esset.

Quamobrem nullum clarius monumen-

tum Matritenses, quam virtutum imaginem deferere potuerunt. ¿Taliumque Virorum memoria peribit? Mea quamquam infirmissima vox audiatur, et eximia, quæ refero, in ultimas mundi regiones resonavisse sentiamus. Statuæ multæ, præclara in honore monumenta erigantur; et futura tempora et vetustiores orbis ætates nostrorum PRINCIPUM sepulchra revolventes, LIBERTATIS Hispaniæ memorabile initium reperiantur. Tunc immortalis fama facta, quæ tempora in obscuritate latuerunt, novo sonitu, patefaciet.

FINIS.

BIBLIOTECA REGIONAL DE MADRID Comunidad de Madrid

Un recibo de los ochocientos R.s que entregó Romero a mi nieto p.a comprar un caballo–

Otro de los trescientos que tomó en Jaen–

otro de los quatrocientos que acá le entregue.

1075268